Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 2301
Quelle:
Copyright:

in *Cod. Leodienſi*, non inſcribatur, ad eam tamen directa eſt, ut patet e decurſu. Orditur autem:

Metrica tyrones nunc promant carmina caſtos
Et laudem capiat quadrato cardine (al. carmine) *Uirgo.*

Bene Carmen hoc *quadratum* adpellat Autor; omnia enim quatuor ejus latera obeunti occurrit hic verſus:

Metrica tyrones nunc promant carmina caſtos,

de quo artificio, cujus imitatorem habuit *Otfridum* et *Rabanum* noſtrates, vide, quae dixit *Caniſius ſupracit.* V. 8. luculentam emendationem praebet *Codex*; dum enim Impreſſa legunt:

Tradidit his coeli per ludum ſcandere limen,

Noſter jure manifeſto reponit *per ſudum.* Praeterea coaeva manus pluribus vocibus ſignificata *theotiſca* impoſuit, quae adſcribere non pigebit. Ita: promant *gimeldot.* laudem *lob.* capiat *neme.* quadrato cardine *in uierecgemo angen.* uirgo *thiernna.* in arce *in hobi.* conferre *bibringan.* in aethra *in lufdin.* laudo *lobon.* altithronus *hoc ſedalo.* Tradidit his *bergab theſen.* Inter *underthen.* Cuneos *ſcubon.* Rite *ſidalicho.* glorificant *diuriſont.* formator *bilitheri.* ſuffragia *guuiſſo helpha.* trudendos *ciforſcurganne.* Sed magis exiguos defendens *Sundar mer unſib ſmahe biſcirmandi.* pellax *uorſcunderi.* noxarum *ſundune.* Ne poſſit rabula raptor *thaz ni mugi therrazo nemeri.* uaſtans *uuoſtandi.* puppup, hic additum: *in noſtram linguam buf.* geſtas nomen *fuoriſt namon.* Nam promſiſti *uuanda frambrahdeſt.* ſpiramine *blaſtde.* uibramine *aiuenungi.* Nec mare nauigerum ſpumoſo gurgite *Noc ther ſceſſuorande ſe mit ſcumhafdemo uuage.* Atque haec in *Praefatione.* Continuantur vero ejusmodi γλωσσηματικα etiam in ipſo *Poemate* usque ad v. 13. Ita: culmina *hohi.* Pallida purpureo *bleichun mit roderouaruun.* uirecta *buftdi.* fluctiuagi *untſcachondes.* ne ualeat *thaz ni megi.* nimboſis ymbribus auges *mit reganhafden regenon meroſt.* tollis *miniſt.* aequoreos campos *ſelichin feld.* Squamigeras *ſcuoli fuorundun.* in glauco gurgite *in uueidinemo uuage.* Dolendum ſane, non ultra progreſſum fuiſſe interpretem. Poema collatum cum *Baſnagii* editione non unam ſuggerit meliorem lectionem. Accuſavit is *Aldhelmum* violatae ſaepius Proſodiae; verum mox ſub principium Verſus ii: